



21
Bl. 89



LAVREAM PHILOSOPHICAM
V I R O

NOBILISSIMO, CLARISSIMO ATQVE DO-
CTISSIMO

IOANNI IOSEPHO
REICHIO

TSCHIRNDORPIENSI SILESIO,
SANCTIORIS LITTERATVRAE CVLTORI
INDEFESSO

IN ILLVSTRI PROPTER ALBIM FLVVIVM
ACADEMIA

FRIDIE KALENDAS MAIAS A. R. G. CIO IO CCXL,
COLLATAM

ANIMO SINCERO CONGRATVLATVR
AMICVS INTEGERRIMVS ET ANTIQVA FIDE


GEORGIVS GREGVSCH,

DIVIKINO-THVROCZ HVNG.

H. T. ALVMN. HVNG. BIBLIOTHECARIVS

VYTEMBERGAE

LITTERIS TZSCHIEDRICHIANIS



Magnum poëtarum tulisse prouentum
Silesiam terram, negauerit nemo,
Nisi nesciens solum, virosque facundos,
Quos procreauit omne tempus, atque aetas.
His vatibus felicibus dedit Graja
Rotundiore voce proloqui Musa,

Grandique vena carminum modos dulces
Conflare, Romanos deditque sermones
Thalia delinire versibus doctis,
Quales poëtarum decus vetustorum
HOMERVS, ASCRAEVS senex, et ALCAEVS
Et AESCHYLVS, sublimis artifex, vates
TEIJS, MARO que, doctus rusticum Pana,
Syluas, agrös virosque et arma cantare,
VATESQUE PELIGNVS, lyraeque Romanae
Pulsator, artifexque perspicax, FLACCVS,
Et ceteri quondam greges poëtarum,
Plectro, modoque, suauiore, luserunt.
Haec rura Teutonum chorum poëtarum
Vberimum monstrant, lepore vincentes,
Et copia fandi, vel optimos vates,
Quos omnis aetas, tempus omne, miratur.
Ex copia tanta virüm, poëtarum
Appello solum SCHMOLCKIUM, Ducem vatium,
Et Teutonum, quoad canebat, Assaphum,
Sacraeque gentis optimum Decus, cuius
Fides sonabunt in Dei pio coetu,
Quoad piabitur Deus piis hymnis.

Nec mortuus censetur omnis, his rebus
Nec SCHMOLCKIUS torus videtur creptus,
Melior sed eius pars in optimis viuit,
Sacrisque, canticis, vbique cantatis,

Dignisque cantari, quoad datur laudes
Dulcissimis modis referre diuinas.
Laetamini, CIVES SILESIDOS, TERRAE,
Haec prole facunda, grex hic poëtarum
Felixque Musa vos mori verat vatam.
Haec Numinis cultum decenter exornat
Hymnis suauissimis serenior Musa,
Et mentibus prodest, easque delectat,
Queis Seculi sordet lues venenata,
Et quae beatiora flagitant tempe,
Choroque misceri volunt gregis sancti,
Qui voce caelesti, modoque, collaudat
Caeleste Numen, omnium Patrem rerum.

Haec CAROLVM, VESTRVM, MEVMQUE, TVTOREM
ORBISQUE GLORIAM canit PER-ILLVSTEM,
Haec ADMINISTROS OPTIMOS canit Musa,
Haec entheas leges tuetur, et facta
Ingentium virtute gentium, seruat
Et ciuium res, atque ipse bonas firmat
Et acta, fortiterque, nauiterque, collustrat,
Obliuio ne dente liuido rodatur
Dignum, quod in fastis Sacris poëtarum
Scribi merebatur, diuque seruari,
Tradique posteris, subinde venturis,
Et aemulis rerum piis auitarum,
Atque aemulis rerum probis paternarum.

Et quis SVDETES nosset, editos montes
Silesiae conterminos, Bohemisque,
Mirisque naturae diu celebratos,
Ob fabulas, at immerenter, infames,
Radicibus salubribus sed illustres,
Herbisque tot Machaonis salutare,
Si conticeret hos opus poëtarum,
Amantium, recessuumque naturae,
Et abditarum rerum, in infimis terris.

Hinc palma nobilis viret poëtarum,
Quorum Silesidos vireta foecunda,
Et laeta, non paruam tulere prouentum.
Sic filios terrae poësis ad caelos
Deosque, FLACCO teste, vestat, ut, rebus
Cum conditis, perferat decus poëtarum,
Et nomen illorum omne floreat tempus.

TV, PERPOLITE CANDIDATE, doctrinis
Rectissimisque regulis poëtarum,

Sophiesque scitis, arte, disciplinisque,
Vestigia aequo gentis haec Tuae gressu,
Legis, sequutus optimos Duces, tellus
Paterna quos dedit, dedit Vitemberga,
Et docta Musarum dedere Athenaea.

His maeste, lauream capeffe florentem,
Multoque nauiter labore quaesitam,
Virtute, doctrina, scientiis partam,
Et fronde cingentem caput triumphali.
Sunt haec brabea digniora facundis,
Doctisque, vatibus, brabea prudentum
Sunt haec virorum, quos amare solertem
Apollinem scimus, scientiae iustum
Aequumque censorem. PATER, fator prolis
Feliciter crescentis, atque florentis,
Laetare lauro filii triumphali,
Tuae Senectae qui leuamen euader,
Et scipio, quo dextra lassâ nitatur.

Ac TV, mihi dudum probate, dulcisque
Amice, REICHI, laurea Tua gaude,
Haec namque multos offeret Tibi fructus,
Ad patrios tandem Lares reuertenti,
Sed fata cum iam nos acerba diuellant,
Amare me pergas, MAGISTER, absentem
Commilitonem vt nunc, Tibique praesentem.
Quot interim profert Silesidos terra
Viros Sophos, et artibus poëtarum
Claros, tot et, REICHI, polite doctrinâ,
Felicitates mox capeffe iucundas.



Ung VI 4

(x 2743293)




U 17
U 18





fovere Deficientem,
non contigit. Miserior
ic Dolor, meum Vul-
Conditione amissus
s videri, novi tamen,
Me Oculi Tui. Iam
IEHOVÆ locus est,
nimam visione Cœle-
Tuis hasce meas La-
phium Tibi habeto;
e, ut formam Mentis
is infus moribus ex-



LAVREAM PHILOSOPHICAM
V I R O
NOBILISSIMO, CLARISSIMO ATQVE DO-
CTISSIMO
IOANNI IOSEPHO
REICHIO

TSCHIRNDORPIENSI SILESIO,
SANCTIORIS LITTERATVRAE CVLTORI
INDEFESSO
IN ILLVSTRI PROPTER ALBIM FLVVIVM
ACADEMIA
FRIDIE KALENDAS MAIAS A. R. G. CIO IO CCXL
COLLATAM
ANIMO SINCERO CONGRATVLATR
AMICVS INTEGERRIMVS ET ANTIQVA FIDE
GEORGIVS GREGVVSCH,
DIVIKINO-THVROCZ HVNG.
H. T. ALVMN HVNG. BIBLIOTHECARIVS

VITEMBERGAE
LITTERIS TZSCHIEDRICHIANIS

